

## CAPUT SEPTIMUM

*educi potest, quod suis ramentis teratur adamas, & suis peccatis pereat impius.*

*Nil extra  
id quod  
dixerunt.  
Prophetæ.*

*Deus Ze-  
lotes.*

*Pœnæ ma-  
jorum.*

*Deus im-  
pios non  
audit.*

*Vastitas  
ex impie-  
tate.*

*Summa.*

**II.** Per prophetas priores) *Quando hodiè pro con-  
cione arguuntur peccatores, nil aliud per fidos verbi divini mi-  
nistros dicitur, quam quod olim prophetæ, Christus etiam & Au-  
postoli inculcarunt, id quod per inductionem omnium peccato-  
rum decalogi facile poteris probare saltem ex libellis Catecheti-  
cis & Dn. Chem. ubr agit de Lege.*

**III.** Unde fervor) *Deus est fortis Zelotes, visitans ini-  
nicketatem Exod. 20, 5, hic illa, quæ de DEI justitia agunt.*

*Ex vers. 13.]*

Fuit, quemadmodum non audiverunt) *Pœnæ ma-  
jorum sunt posteris exemplum 1. Cor. 10, 6. - 11. Ps. 78, 4. 5.*

**II.** Ut non audirent, sic nō audirem) *Preces impro-  
borum Deus non exaudit Deut. 1, 45. & 31, 18. 1. Sam. 8, 18. Prov.  
15, 29. & 21, 13. Esa. 1, 15. Jerem. 7, 16. & 11, 11. 14. Ezech. 8, 18.  
Mich. 3, 4. Hebr. 12, 17. Jacob. 4, 3.*

*Ex vers. 14.]*

Terra desolaretur) *Propter verbi divini contemptum,  
aliaq[ue] peccata regnantia sequitur civitatum & regnum vasti-  
tas Matej. 11, 21. 23. & 23, 34. 35. 38. Confer caput 2. & 3. Apocali.  
& eventum illorum vaticiniorum considera. Adde quæsupræ  
sunt dicta. v. 7. L. C. 2.*

## CAPUT OCTAVUM.

Argumentum.

**D**ræsentem felicitatem Iudeorum & futuram prospe-  
ritatem, quæ à DEO placato urbi Jerosolymorum,  
eiusq[ue] incolis & jam praefatur, & postea praefabitur,

*exag-*